



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

149 Episcopus à confraternitatibus rationem administrationis singulis
annis potest exigere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

dictum de jure civili facere processiones
sine consensi Episcoporum ut in auth. de
sanctis Episc. §. omnibus autem laicis, co-
lum. 9.

146 Eisdem † locorum Ordinariis etiam
spectat eleemosynas, per loca quæritandi
licentias, & facultates concedere, quia tota
dicoesis de jure, & regulariter est Episco-
porum, c. omnes Basiliæ, 16. quæst. 7. c. cum
Episcopus, & ibi Jo. Andt: de off. ord. in 6.
Abb. in cap grave, num. 2. & ibi Felyn. n. 1.
eodem tit.

147 Illud † ve' privilegium concessum or-
dinibus mei antium, ut, de suorum
superiorum: rium licentia, Episcopo
in consulo possint in ejus dioecesi eleemo-
synas querere, speciale est. Unde non se-
quitur, illos posse confraternitatibus, quas
sibi aggregate contigit, idem privilegium
communicare.

148 Quia privilegium † mendicantibus
concessum, illorum personas transgredi-
non debet, nec per eosdem alii potest
communicari, c. constitutionem, & ibi gloss.
in ver. prorogamus, de reg. in 6. caput. 1. in fin,
juncta gloss. fin. de penit. & remiss. eodem
lib. & Navar. in conf. 13 secundum ultimam
impressionem Romanam. num. 2. de temp. ord.
lib. 1. par. 1.

149 Ordinarii itidem † licet rerum ab ipsis
confratribus administratarum singulis an-
nis rationes videre, easque ab ipsis ex-
igere, & ab administratoribus recipere,
hæc enim sunt per concil. Trident Episco-
po concessa, ut in eodem cap. 9. de reform.
sess. 22 & in ead. corfuit. §. atque hoc ipsum,
qui etiam de jure communi antiquo præ-
dicta omnia faciendi, & super his statuen-
di jus habet, ut cap. conquerente, ubi Abb.
numer. 2. de offic. ord. gloss. mag. in cap.

dilectus, in verb. de bege; & ibi etiam Abb.
num. 4. eodem titul. & Innoc. in cap.
1. num. 3. de stat. Monach. Procedit etiam
dicta faciebras visitandi ex dispositione d. cl.
cap. 9. in capellis confraternitatum, in ec-
clesiis regularium erectarum, quia Epis-
copi visitare, & administratores ad
reddenda computa cogere possunt, ut
super eodem c. 9. à sacr. congregat. fuit
decisum, in decis. quæ incipit, Episcopus
visitat in ver. an confraternitates, & ita
per prædicta de anno 1609. duam vi-
sitarem dicæsi in Thelstnam juxta mu-
nus pastorale mihi injunctum, visitavi
confraternitates sanctissimi Rosarii, sancti
Antonij, Conceptionis Beatæ Mariæ
Virginis, & sancti Benedicti in ecclesia
monasterii Ordinis sancti Francisci con-
ventualium erectas, & ab administra-
toribus eorundem confraternitatum ad-
ministrationum computa recepi.

150 Eleemosynæ autem collectæ † in repa-
rationem & ornatum ecclesiarum, tam
Ordinum, religionum, institutorum, eri-
gentium, instituentium & communican-
tium, & Archiconfraternitatum, & con-
gregationum erigendarum, instituenda-
rum, & aggregandarum, & quibus com-
municationes fiunt, aut in alios eorum pio-
vitus, atbitrio Vicarii Urbis in Urbe,
nec non extra Urbem Ordinario-
rum locorum respectivè fideliter ex-
poni, & erogari debent, ut omnes
intelligent cœlestes Ecclesiæ thela-
tos, non quæstus, aut alicuius lucri causa,
sed pietatis, & charitatis excitandæ
gratia ex Apostolicæ Sedis benignita-
te Christi fidelibus aperiunt ut in ea-
dem constitutione, §. atque hoc ip-
sum:

Quæ